

Cadmo libros supponi potuisse concedit, negat potuisse Milesio, grammaticorum neglexit testimonia, quibus litterarum inuentorem ex Phoenice factum esse Milesium iam Muellerus probauit.

At immerito in eiusdem suspicionis communionem uocatus est Acusilaus Argius. Cuius genealogias haud raro a ueteribus usurpatas nihil esset quod in dubitationem adduceret, nisi apud Suidam (u. *Ἐκατοῖς*) legerentur verba *τὰ Ἀκουσιλάου ροθεύεται* idemque quae de uita Acusilai habet satis mirabilia essent. Unde profecti Muellerus (l. d. I p. XXXVII sq.) qui posteriore tempore ferebantur Acusilai libros Alexandrinorum aetate confectos esse censuit, Carolus Frick (Beiträge zur griechischen Litteraturgeschichte und Chronologie p. 3 sq.) dubitari non posse iudicauit, quin Neoplatonicus quidam eam fraudem commiserit, Gutschmidius denique (in Flachii Hesych. Onomat. p. 7) Platonis certe aetate non posse fraudem quam et ipse statuit recentiorem esse intellexit: ita tamen falsarius iste a uero Acusilao satis exiguo temporis spatio distaret atque ea aetate libros illi supposuisset, qua eiusmodi fraudes factas esse neque ullo exemplo probatur neque omnino credi posset, etiamsi notum sperneremus Galeni testimonium in Hippocr. de nat. hom. I, 42 u. XV p. 105 K. Sed uidentum est de Platonis loco ceterisque de Acusilai principio testibus paullo accuratius. Platonis uerba in Symposium sunt haec p. 178 AB *τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρεσβύτατον εἶναι τίμιον τεκμήριον δὲ τούτου γονῆς γὰρ Ἐρωτος οὐτ' εἴσιν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδενὸς οὔτε τδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτος μὲν Χάος φησὶ γενέσιθαι*

αἵτινος ἔπειτα

*Γαῖ' εὐρύστερος πάντων ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ^ι
ιηδὲ Ἐρος.*

Ιασμενῶν δὲ τὴν Γένεσιν λέγει

πρώτιστον μὲν Ἐρωτα δεῶν μητίσατο πάντων.

Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσιλεως ὄμοιογεῖ. Explicatus de Acusilao testimonium est apud Damascium *περὶ πρώτων ἀρχῶν* c. 124 p. 383, quem locum paullo plenius quam a Muellero factum apponi necesse est, quo magis pateat, quantum in errorem implicatus sit Frickius, qui indubia ratione nodum expediuisse sibi uidebatur. *Ἀκουσιλαος* δὲ inquit *Χάος μὲν ὑποτιθεσθαι*